



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

21 [i.e. 22]. De Christi crucifixione. Ioan 19.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

quid fiet? Considera, Dominum non voluisse se defferi, sed populum, vt ostenderet potius nobis esse flendum de peccatis, que mortis illius fuere causa. deinde, quia multis mors Christi maiorem damnationem erat allatura, vt improbis. Secundo. Considera, si viride lignum, id est, is qui in mundum venit sine peccato, non egressus est sine flagello, quomodo nos qui in peccatis nati sumus, & in illis vivimus, sine flagello & cruce poterimus ad vitam æternam pervenire? tertio Considera, quam triste & acerbum fuerit Virgini matri spectare unicum suum vitæ solamen, tam miserè derelictum, curuumq; inter duos latrones incedentem, & inter clamores populi tam immaniter tractari. Videre ibi erat duos soles, cum se mutuo aspicerent, deficientes.

MEDITATIO XXI.

De Christi Crucifixione. Marc. 15.

Luc. 23. Ioan. 19.

ET venerunt in locum qui dicitur Colgotha, I.
 q. est. Caluaria locus & ibi crucifixerunt eum.
 Considera quam molestus fuerit Christo
 istius

istius montis ascensus, qualem sibi vim intulerit, tenero que & exhausto iam corpori, ne saluti tuæ deesset, & in monte cœli viciniore Deo Patri se sistens holocaustum pro peccatis tuis, in odorem suauitatis offerret. 2. Considera genus mortis crudelissimæ. Primum enim vestibus omnibus eruitur violentè quo facto omnia sine dubio vulnera sunt renouata, stabatque ibi mansuetus Iesus totus sanguineus. Deturditur in trabem humi iacentem, clauis obtusis perforantur manus & pedes. O dolor incredibilis. manus enim plenæ sunt venis & neruis, augetur dolor violenta extensione brachiorum pedumque ut respondeat foraminibus. Tum elevatione, & conuersione crucis dum in scrobem effossam committitur, ac demum diuturnitate temporis, nempe trium horarum, quibus in cruce pependit.

2. Considera quanta ignominia hoc genere mortis affectus sit Christus, nullum enim id temporis erat vilius & seruilius. Patitur in monte & stipite eminenti, ut omnibus esset ludibrio? in loco supplicii publicis destinato ut improbus haberetur. Inter duos latrones, ut omnium sceleratissimus reputaretur. In ipso meridie ut o-

maet

PA
 nnes a
 tora na
 vrbe to
 diebus
 ignom
 mni ge
 nullum
 fuit, qu
 Con
 tis Chr
 erat acc
 & ad sa
 darius.
 lata, m
 & genu
 cilians
 quæter
 ciperet
 manibu
 haberet
 deniqu
 leret, &
 De duo
 cifixi
 ET cr

PASSIONE DOMINICA. 285

omnes adessent. In die solemni paschæ, quo
tota natio Hierosolymam confluebat. In
vrbe totius Iudææ principe, quam sex ante
diebus cum triumpho intrarat. Et in tanta
ignominia adhuc verbis probrosis ab om-
ni genere hominum excipitur. Demum
nullum genus tormenti, nullum infamiæ
fuit, quod Christus expertus non est.

Considera causam, cur hoc genus mor-
tis Christus elegerit. Prima est, quia nullū
erat acerbius, diuurnius, ignominiosius,
& ad salutem tibi parandam accommo-
datus. 2. vt tanquam hostia in altum sub-
lata, mediatorem se inter patrem cœlestē,
& genus humanum interponeret, recon-
cilians ima summis. 3. vt etiam te oculis
quereret, venientem expansis brachiis ex-
ciperet, in sacris vulneribus recondere-
t, manibus insculptum ob oculos semper
haberet, & capite inclinato oscularetur,
denique vt mentem tuam à terrenis auel-
leret, & ad cœlestia attolleret.

MEDITATIO XXIII.

De duobus latronibus cum Christo cru-
cifixis. Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23.

Ioan. 19.

ET crucifixerunt cum eo duos latrones, v-
num